



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An liceat laico quotidiana Communio, §. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

mortali, nec in illa subita irruptione potens sese facile concutere, posses (immo addo libens quod deberet) ad vitandam injuriam, quæ timetur tanto Sacramento, illud assumere: sicut etiam posset, deberetque non jejunos. Immo e & laico Sacratissimum Christi corpus tangere, idemque instar Mariæ & Scotiæ Reginae, suis se manibus communicare, sine ulla hæsitacione, in similibus casibus liceret.

*e Vasq. a-
pud de Lu
go de Euc.
disp. 15.*

sec. 4 n. 87

*& De qua
idem de*

Lugo d. 18

sec. I. n. 25

§. 11.

*An liceat laico quotidiana
Communio.*

77 **H**uc reducimus difficultatem: quia ad communionem adeo frequentem magna certè spiritualis dispositio requiritur.

Iam licere communionem quotidianam laico, etiam usoraro,

rato, immo eam vetare illi nec
 Confessarium, nec Superiorem
 posse: quia eam Christus Do-
 minus omnibus, qui peccati
 mortalis sibi conscius non sunt,
 sive cum magno, sive cum parvo
 devotionis affectu, liberaliter
 concessit; docet cum paucis
 Ioannes Sanchez. *a* Negat cum *a* *Ioannes*
 aliis multis, Ioannes de Lugo, *Sanch. in*
b solumque concedit maximo *sel. d. 22.*
 fervoris spiritu accensus, *b* *Ioan. de*
 etæque Catharinæ similibus. *Lugo d. 17*
 Lege eos, si hanc quæstionem *de Euch.*
 latè discussam videre in animo *sec. 2.*
 est. Nos breviter negantem sen-
 tentiam amplectimur: quia pu-
 ramus id cedere majori reveren-
 tiæ debitæ Christo Domino, ac
 Regi nostro. Affirmans opinio
 illud à confessariis obtineat, ut
 fidelibus sacram communionem
 appetentibus, sive etiam solum
 petentibus, sese faciles, in po-
 steriorum, exhibeant.